



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Jacobi Usserii Armachani Annales Veteris Et Novi Testamenti

Ussher, James

Lutetiæ Parisiorum, 1673

Caput Primum. De mensibus Solaribus à Macedonibus Græcia dominatu  
jam potitis, Lunarium loco in usum civilem introductis; & iisdem Aisæ  
imperium postea obtinentibus, à Syromacedonibus & Asiæ proprié ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14425**

# JACOBI USSERII ARMACHANI, *De Macedonum & Asianorum anno Solari.* DISSERTATIO.

## CAPUT I.

*De mensibus Solaribus à Macedonibus Græcie dominatu jam potitis, Lunarium loco in usum civilem introductis; & eiusdem Asiae imperium postea obtinentibus, à Symmacedonibus & Asiae proprie dictæ incolis variè usurpatis.*



**P**HILIPPUS Rex Macedonum ab Amphictyonibus, ex quibus commune Græciæ constabat Concilium, à Belli sacri contra Phocenses Dux constitutus, ad Peloponnesiorum magistratus scripsit literas, à Demosthene in oratione de Coronâ recitatas: in quibus mandatum ipsius, hisce verbis expressum legitur, *Ὅτι συναρτήσατο τὸν δῆλον εἰς τὸν βασιλέα Ἰσχυροῦ ὀνομασθέντος ἐπὶ τὸν βασιλέα τοῦ ἐσθίου, ἀπὸ τῶν πρῶτων ἀσπίδων, ὅς ἴσθως ἐστὶν ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰσθμίων, Βονδρόμιος ὁ ὃ ἐπὶ τῶν Πανίων. Quare armati nobis occurrere in Phocide, allato comæatu quadraginta dierum, hoc mense Loos: ut nos agimus: ut autem Athenienses, Boëdromione; ut Corinthiî, Panemo. Ubi, ut Boëdromionem Atticum Lunarem Metonicum fuisse constat: ita ejusdem generis & Macedonicum Loum & Corinthiacum Panemum tunc extitisse, ipsa prudentiæ militaris ratio, cujus callentissimum Philippum fuisse nemo dubitat, planè exigere videtur. *Si enim tuba illius incertum dedisset sonum; quis preparavisset se ad prælium? Si Atticus Boëdromion fuisse, ut erat, Lunaris; Macedonum verò Loum, aut Corinthiorum etiam Panemus, Solaris: incertum omninò fuisse, quando in Phocide armatus Philippo occurrere teneretur Peloponnesiorum exercitus.**

4 Diodor. Sicul. lib. 6. ad an. 2. Olymp. 108.

67 Corinth 14. 8.

\* Non enim Thebanicarum, fallente eum memorat, ad an. 34. Mun. 3865. Hecabur Cypellu. videtur.

In Alexandri autem Vitâ docet Plutarchus, Macedonas Loum mensē appellavisse eum, qui Atheniensibus erat *Hecatombæon*: mensēque *Desio* superatas ab eis ad Granicum fuisse Regis Persarum copias; quod mense Atheniensium *Thargelione* factum, confirmat idem in Camillo. Quum enim Darii duces in trajectu Granici fluvii ingentem suam aciem instruxissent; à quibusdam Alexandro, ne \* cum illis congredere, religionem mensis objectam

fuisse narrat. *Δαίοιο δὲ ἐκ τὴν δαίοιο ἢ βασιλέα τῶν Μακεδόνων ἑστῶ τοῦ σπάρτα. Mense enim Dasio non erat moris regum Macedonum educere exercitum. Quod cortex illi, καὶ τὸν δῆλον ἑστῶτος Ἀφρικῶνα ἀγειν, edicens ut secundum agerent Artemisium. Mensis verò Thargelionis die sexto, (qui, juxta nostrum calculum, in Julianæ Periodi anno 4380. Maji 20. fuit) pugnam illam commissam fuisse; ex illis Eliani, in 11. Variæ historiæ libro cap. XXV. colligimus. Πέρσῳ δὲ ἡμεῶν τῆς ἡμέρας ταύτης, Persa hoc die clade affecti sunt. Et post: Ἀλέξανδρος δὲ Μακεδῶνα τῶν Δαρίων ταῦτα, οὗτοι πάντες μὲν δαίοιο τῶν βασιλέων ἑστῶτος, ἢ ἀπὸ τῶν κέρονων ἐκ τῆς ἰσθμίου, (ὅτι ἢ Δαρίον ἐξῆλθεν Ἀλέξανδρος) ἢ ὁμοῦ ἐστῶτος ὁ αὐτῶν μὲν οὗτοι ταῦτα. Alexandrum verò Macedonem, Philippi filium, multas Babarorum myriadas fuisse dicunt die sexto (quando & Dariūm prostravit Alexander;) & de eodem mense magnus omnium est consensus. Ut enim ad mensē Thargelionem, de quo institutus ab eo fuerat sermo, ita ad primam hanc à Persis reportatam victoriam, referenda ista esse dubitare non possumus; si prælium ad Issum mense *Mæctetione*, ad *Gaugamela* mense *Boëdromione* fuisse factum, ipsumque tandem *Darium* mense *Hecatombæone* cælum à Bello fuisse, meminimus. Sed & ad eundem sexuum ejusdem *Thargelionis* mensis diem; Alexandri quoque mortem refertur, *Elianus* subjicit: quam sub fine Macedonici *Dasii* contigisse, ex *Diariis* Regis & *Aristobulo*, suo in loco declarabimus.*

Ex quibus inter se collatis liquet, in Philippi quidem litteris *Loum* Macedonicum *Boëdromioni* Attico respondisse; succedente verò tempore, Macedonicum *Loum* in *Hecatombæone*, ac *Dasium* in *Thargelionem* incurrisse: & quod inde est consequens, in universi anni dispositione hanc inter priores & posteriores mensēs intercessisse differentiam.



omnibus, & in gentium compluribus civitatibus numerantur. Tum, de mensibus Romanorum Solaribus & Lunaribus Palaestinarum aliis interjectis, demum concludit, ab his qui Lunares sequuntur rationes praestari hoc non posse, sed ab eis qui ad Solem annum suum agunt; & sic ipse hanc rem demonstrat, & Maximo, & Aristoteli in hunc modum, & περὶ τῶν ἀστρονομικῶν. Id quod à Romanis dicitur, & Macedonibus nostratibusque Asiaticis, & verò etiam aliis nationibus observari non paucis: quemadmodum Hermannus Crusenius locum reddidit Unde apparet, & veram fuisse emendationem nostram, quā Anasii pro ἰσχυροῦς substituimus; & ex Galeni (qui hoc ignorare non potuit) sententiā, non solum à Macedonibus Solares annos fuisse receptos, sed etiam ab Asianorum suorum civitatibus omnibus: sive eo nomine Asiae proprie dictae (quod vero est similis) universas, sive Lydiae solum in eā Asiae urbes intelligat, intra Lydiae Mediterraneae & littoralis (hoc est, Jonæ & Aelidis) terminos comprehensas.

Quare autem Galenus Macedonum menses exempli gratiā, potius quā Romanorum, penes quos eo tempore erat Imperium, proponendos censuerit: ea causa videtur fuisse potissima, quod à Pergamenis suis, non universi solum Macedonici anni rationem (uti à reliquis Asianis omnibus) sed eandem etiam singulorum mensium appellationem retentam fuisse animadverteret. Neque enim omnes qui in Asia (sive majore sive minore, sive proprie dictā sive Lydiae) novam hanc Solaris anni formam receperunt, illos à Galeno memoratos menses ab æquinoctiis & solstitiis similiter deducendos censuerunt. Nam ut aliqui ordinem, ab Europæis Macedonibus receptum, intactum illibatamque conservaverunt: ita non defuerunt alii, qui commune ab autumno initium, & reliquam Macedonici anni dispositionem sic retinuerunt; ut primum tamen suum mensem postremi Macedonum Hyperberetæi nomine, cæterosque deinceps antecedentis cuiusque Macedonici mensis appellatione designarent. Quod in honorem primæ illius ad Granicum de Persis partæ victoriæ, quæ viam Macedonibus in universam Asiam patefecerat, observatum credibile est. Post hanc enim victoriam, majorem partem Asiae (proprie dictæ) defecisse ad Alexandrum, ex Trogo, libro XI. narrat Justinus: indidemque Darii everfionem non solum Ælianus, sed etiam Strabo accessit, in fine libri XVI. ita de eo scribens. Τότε δὲ κατελύθη ὁ Ἀλέξανδρον, αὐτὸν ἑξῆς δεκά ἢ ἑνδεκά ἐτη. Hunc autem everfens Alexander, per decem vel undecim annos imperavit ipse. Inter hoc enim prælium & excessum Alexandri, justum undecim annorum positum est interstitium: intra quod, & quidem non totorum decem annorum spatio, (ut in Cæsariis scribit Julianus) tum Persas tum Indos impetio suo ille subjugavit. Sicut igitur, quum primaria illa ad Granicum cum Persarum copiis facta est congressio, qui in Macedonia erat Desius, Alexandri iussu (ut audivimus) in Asia dictus est Artemisius: ita, ad futuram tantæ

victoriæ memoriam, in compluribus novorum colonorum civitatibus usu receptum fuisse videtur ut, Hyperberetæi postremi mensis nomine ad primum designandum traducto, circumteunte quoque anno Macedonum cæratione Desius perpetuo Artemisii ganderet nomine.

Id in proprie dictâ Asiâ à Smyrnis factum fuisse, ex, Aëtis Polycarpi colligo; quæ Smyrnez pallum eum fuisse narrat, mensis Xanthici die secundo, septimo Kalendas Aprilis, in magno Sabbato: id est, sub Solis in Arietem ingressum; nequam verò in Pisces, ut in Xanthico fieri solet Macedonico: quum in eadem tamen Asiâ ab Ephesio & Pergamenis Macedonum Europæorum nomenclaturam retentam hinc fuisse, inde animadverterim; quod illorum Peritium in antiquis schedis D. Henrici Savillii cum Januario, horum Hyperberetæum à Galeno cum Septembri Romanorum conferri viderem. Galeni in libro IV. de sanitate tuendâ, cap. VIII. de Abiete verba hæc sunt Ἐστὶ δὲ ἀειστότατον τῶν αὐτῶν τὸ σπέρμα μετὰ πλεονάζοντι τῷ ἀρκυρίω. ἔστι κρηστὸν ἐν Ρώμῃ καὶ ὁ καλεῖται μὲν Σεπτεμβρίου ἐστὶν, ἐν Περσίῳ δὲ παρ' ἡμῶν Τροχίτητος, Ἀβλιῶν δὲ Μυστρία. Est igitur eius pulcherrimum (vel, maxime maturum) semen circa Arcturi emersum: quo tempore, Romæ quidem September vocatus mensis est; apud nos verò Pergamæ Hyperberetæus, Athenis autem Mysteria. Duodecim verò circiter diebus ante Autumnale æquinoctium, & initium primi Macedonum mensis Diu, Arcturum oriri, ex eodem Galeno jam antea audivimus. Unde consequitur, postremum Macedonum simul & Pergamenorum mensem fuisse Hyperberetæum: cui in superiori Indiculo Boëdromionem Atticum videmus oppositum; in quo magna illa Eleusinia Mysteria ab Atheniensibus celebrari fuisse solita, cum ex aliis, tum ex Plutarcho in Alexandri, Camilli & Phocionis vitis intelligimus.

Eundem Macedonicorum & Pergamenorum mensum consensum Oribasius quoque confirmat. Juliani δὲ περὶ ἰατρικῆς Medicus: Pergamenus & ipse, quemadmodum in ejus Vita docet Eusebius; non Sardinus, ut à Philostorgio, eumque secuto Suidâ, habetur traditum. Ille enim, libro IX. Collect. Medicin. cap. VIII. quum dixisset, quod totidem verbis ante ipsum Galenus dixerat; Ἡ δὲ ἰσημερινὴ κρηστία καὶ ἡ δὲ μάλιστα ἐπιπέσει κατ' ἐκαστον ἔτος: (Est enim æquinoctium mundana quedam res, Menses verò uniuscujusque gentis proprii.) de suo statim subjicit. Μάλιστα δὲ ἐπιπέσει τὴν ἡμέραν δὲ ἀσπίλλουσι ἄλλοι, ὁ δὲ Κωνσταντίνου παρ' ἡμῶν ἐν Περσίῳ παρῆνται. Ἐγὼ δὲ ἐπέσει ἐκ πρὸς ὑπὸ τοῦ ἐξ ἀρχῆς τῶν ἡμερῶν τῆς ἀσπίλλουσι ταύτης. Mensis Loidesmensis quinta (sive, die XXVI.) oriente Sole, Canem exoriri apud nos Pergamæ creditur. Ego verò methodo quadam post decimam ab hac præscriptione diem id fieri comperi. Mensis Loi τὴν ἡμέραν ἐπιπέσει (quod VI. Kalendas Loi, pessime hic reddidit Latinus interpret) in Ephemeride Dissertationi huic annexâ, Julii Juliani dies XX. respondere cernitur: quod & Canis ἐπιπέσει

¶ Vid. infra, c. 2.

¶ Infra, cap. 4.

¶ Philostorg. histor. Ecclesiast. 17. an.

¶ Gal. Comment. 1. in 1. Epidemio. Hippocrat.

1. V. ser. de Maced. anno Solari.



[Constantin. Geoponic. l. 1. c. 8.

in Hipparchi in Aratu Phoenomen. pag. 26. edit. Florentin.

in Profr. Oecumenii scholii in Acta Apost.

in Apud Euseb. lib. 7. biflor. Eccl. cap. 16.

à Diophane Bithyno, in libris de Rusticâ quos Dejotaro regi misit, & relatam notavimus, in Geoponicorum lib. 1. cap. 8. referri videmus. Oribasius verò, ex methodo à Galeno superius præscriptâ ( unde & illum de Equinoctio & Mensibus Epiphanius locum desumpserat ) post decimum abhinc diem eam fieri collegit. In Loi enim Macedonici initium Solstitium æstivum incidisse, Galenus ibi docuerat. Post Solstitium verò illud triginta circiter diebus Caniculæ exortum contingere, ab Hipparcho Bithyno est traditum: in Rhodio nimirum climate; quemadmodum à Gemino etiam, in XV. Ifagoges suæ capite, est annotatum. Atque hinc, non ad Julii diem XX. eique respondentem XXVI. Loi Pergameni æquè ac Macedonici, sed ad Julii XXX. vel XXXI. Heliacus Canis ortum fuisse referendum Oribasius concluderat.

Septembris Juliani proleptici dies XXIV. omnibus qui Macedonicam formam receperant commune erat anni principium: cum quo & Syri Antiocheni, ante anni rationem à Julio Cæsare constitutam, eorumque postea exemplo Romanorum Imperatores, Indictionum circulum inchoarunt. Sed primum suum menssem, Macedonum Europæorum more, Antiocheni, ( ut Ephesii & Pergameni ) Diem nominaverunt; quem Syromacedonum alii ( cum Smyrnenis ) Hyperberetæum appellare maluerunt. Quod de Antiochenis, ex Juliani Misopogne colligimus, qui decimum eorum menssem Loum fuisse indicat: de cæteris, ex Euthalio Diacono ( sive quis alius scriptor Martyrii B. Pauli fuerit, anno Domini CCCXCVI. exarati ) qui capite truncatum Paulum Apostolum fuisse tradit, πέντην ἡμέρας κ' ὀκτωμηνῶν Πανήμιον ἡμέρας, ὅστις κέραιον παρ' Ἀθηναίων ἔστι, παρὰ Ρωμαίους τὴν αὐτὴν τοῖν ἑκαταδὴν ἡμέραν, ἡμέραν ἑβδόμην. Quinto die juxta Syromacedones Panemi mensis, qui apud Aegyptios dici potest Epiphis; apud Romanos verò tertio Calendarum Julii, nempe vicesimo nono mensis Junii. Initio Syromacedonici Panemi in XXV. die Junii posito.

Ubi tamen & illud tenendum, tum Antiochenos, tum reliquos etiam Syros atque Palæstinos, sub Romanorum imperio viventes, præter menses suos proprios etiam Julianos usurpasse; sed nominibus ad Syromacedonum, non ad Macedonum Europæorum, menses proximè conformatis expressisse. Quum enim à XXV. Augusti die, hi quidem Hyperberetæum, illi verò Gorpisium suum inchoarent, Septembri Juliano Gorpisii nomen est adaptatum, eademque in cæteris servata ratio: ut in Josephi de Bello Judaico libris posterioribus, Anatolii Laodiceæ Episcopi Canone Paschali, Concilii Antiocheni ( anno CCCXLI. habitii ) XX. Canone, & aliis videre licet. Atque ita, paulatim, oblitteratâ Macedonici anni formâ, non apud Syros solùm reliquos, sed apud ipsos etiam Antiochenos, ejusmodi mensium Julianorum usus est retentus. Indèque XXI. Martii diem, ad quem Nicænum refertur æquinoctium, κ' εὐερίαι Ἀπορίας, & Μακρόν, Dyflri esse XXI. in Pro-

logo Paschalis sui laterculi, circa annum CCCLXXXVIII. Theodosio August. dicati, Theophilus Alexandrinus asserit: neque alios quàm hujusmodi menses cum arâ Antiochenâ Johannem Malelam & Evagium Scholasticum conjunxisse animadvertimus.

C A P. II.

De communi mensum Macedonicorum & Asianorum, à numeris ordinalibus ductis, denominatione: ubi & de Epiphaniâ, quinto die Januarii celebratâ, Hieronymi, & de Paschalis festivitatis tempore à Montanistis in Phrygiâ observato, Sozomeni locus illustratur.

Quomodo in propriè dictâ Asiâ, ab Ephesii, Pergamensis & Smyrnenis, Macedonicæ mensium appellationes retentæ fuerint, jam vidimus. Magnesiâ verò in eadem ad Mæandrum incolæ, mense Lenæone cum Smyrnenis scædus ineuntes ( inter Arundelliana matrona à Seldeno nostro editum ) Jonicis potiùs usos se fuisse subindicant. Ionum enim proprium hoc fuisse vocabulum docet Proclus, ad illud Hesiodi:

Μῶνα δ' Ἀλωαίων καὶ ἡμερῶν, ἡέδρα παύρα. Quum in eadem igitur anni formâ, non eadem à Macedonibus & Asianis omnibus mensium usurparentur nomina; ipsæque Macedonicæ mensium appellationes non modo ab Asianis, sed etiam ab Achivis, Chaldæis, Tyriis, & Gazensibus ( ut de Julianis mensibus ab eisdem denominatis non dicam ) ad alia atque alia tempora denotanda applicatæ fuerint: consensui inter Macedones & Asianos omnes inducendo, & confusioni ( ex tantâ mensium ἑμμενῶν ὀρτα ) devitandæ hoc excogitatum est remedium, ut à numeris, communem & ab omnibus, ( tam Asianis quàm Macedonibus ) receptum mensium ordinem exprimentibus, iidem denominarentur; à primo autumnali mense ducto numerationis principio. Hoc enim commune fuisse non Macedonibus solùm ( quod in capite præcedente est ostensum ) sed etiam ἡμερῶν τοῦ καλοῦ μηνὸς Ἀσίας, in librum quintum Physicorum Aristotelis scribit Simplicius; ut circa Autumnale æquinoctium annum suum inciperent.

Hinc in Timothei Actis Polycrates ( cum aliis Sanctorum Vitis Lovanii anno 1485. editus ab Ephesii occisum eum fuisse narrat, in festivitatis eorum quàm vocabant Scitagogium ( vel Catalogiorum potiùs ) quæ est secundùm Asianos quidam [ quarti ] mensis tricesimâ, secundùm Romanos autem mensis Januarii XXII. die; regnante Nervâ. Ubi numerum mensis, qui librarii negligentia exciderat, ex aliis ejusdem Timothei Actis à Petro Halloixio ( in Notationibus ad cap. VII. Vitæ Polycarpi ) citatis supplevimus: in quibus ita scriptum legebatur.

Ἐπιλάσθη δ' ὁ ἄγιος ἐν ἡμέρῃς Ἀπριλίου, ἐν Πεντηκωστή, ἐν ἡμέρῃς τῆς Χειρῶν Τριμῆδος, ἐν ἡμέρῃς ἑβδόμῃς καλοῦ μηνὸς Κατωμηνίου. ἡμερῶν δ' κ' εὐ' Ἀπριλίου ἡμέρῃς τετάρτῃ

τετάρτῃ